

proportione, ita id postremo cōparetur, vicissimque vt extremum cum medio, sic medium cum primo conferatur: id quod medium est, tum primum fit, tum postremum, postrema verò & prima media sunt. Ita necessitas cogit, vt eadem sint quæ deiuu-
 * An de
 uisda.
 Æa fuerint. Eadem autem cum facta sint, efficiunt, vt omnia sint vnum. Quod si vniuersitatis corpus planū & æquabile explicaretur, neque in eo quicquā esset requisitum, vnum interiectum medium & se-
 ipsū & ea quibus esset interpositum colligaret. Sed cum solitas in mundo quæreretur, solida autem omnia vno medio nunquam, duobus semper copulenter: ita contingit, vt inter ignem & terram, aquam Deus animamque poneret, eaque inter se compararet ac proportionē coniungeret, vt quemadmodum ignis anima, sic anima aqua: quodque anima aqua, id aqua tertia proportionē redderet. Qua ex coniunctio-
 cœlum ita aptum est, vt sub aspectum & tactum cadat. Itaque & ob eam causam, & ab his rebus numero quatuor, mundi est corpus effectū, ea constru-
 ctum proportionē, quam dixi. Ex quo ipse se concordat quadam amicitia & charitate complectitur, atque ita apte coheret, vt dissolui nullo modo queat, nisi ab eodem a quo est ligatus. Earum autem quatuor rerū, quas supra dixi, sic in omni mundo omnes partes collocatae sunt, vt nulla pars huius generis excederet extra, atque in hoc vniuerso inessent genera illa vniuersa. Id ob eas causas, primum vt mundus animas possit ex perfectis partibus esse perfectus. Deinde, vt vnus esset, nulla parte vnde altera gigneretur, relicta postremo, ne quis morbus eum possit, aut senectus assilire. Omnis enim coagmentatio corporis, vel calore, vel frigore, vel aliqua impulsione vehemēti labefactur & frangitur, & ad morbos senectutemque compellitur. Hæc igitur habuit rationem effectorem mundi, molitorumque Deus, vt vni opus totum atque perfectum, ex omnibus totis atque perfectis absolueretur, quod omni morbo senectute careret. Formam autem, & maximè sibi cognatam & decoram dedit. A quo enim animatæ omnes reliquos contineri vellet animantes, hunc ea forma figurauit, qua vna omnes reliquæ formæ concluduntur. Ergo globosus est fabricatus, quod *quasi* Græci vocant, cuius omnis extremitas paribus a medio radiis attingitur. Idque ita tornauit, vt nihil effici possit rotundius, nihil vt asperitatis haberet, nihil offensionis, nihil in clusum angulis, nihil anfractibus, nihil eminentis, nihil lacunosum, omnique partes simillimæ omnium, quoad eius præstabat iudicio dissimilitudini similitudo. Omni autem rotam mundi figuram læuitate circumdedit. Nec enim oculis egebat, quia nihil extra quod cerni posset, relicto erat: nec auribus, quia ne quod audiretur quidem, neque erant anima circumfusa extrema mundi, vt respirationem requireret. Nec verò desyderabat aut alimenta corporis, aut detractionem confecti & consumpti cibi: neque enim vlla decessio fieri poterat, neque accessio, neque verò erat vnde. Ita se ipse consumptione & senio alebat sui, cum ipse per se & a se & pateretur & faceret omnia. Sic enim ratus est ille, qui ista iunxit & condidit, ipsum se contentum esse mundum, neque egeret altero. Itaque nec ei manus affixit, quia nec capiendum quicquam erat, neque repellendum: nec pedes, nec alia membra, quibus ingressus corpore sustineret. Motum enim dedit cœlo eum qui figuræ eius fit aptissimus, qui vnus ex septem motibus mentem atque intelligentiam co-

hiberet maximè. Itaque vna conuersione atque eadem ipse circum se torquetur & vertitur. Sex autem reliquos motus ab eo separauit. Itaque eum ab omni erratione liberauit. Ad hanc igitur conuersionem quæ pedibus & gradu non egeret, ingrediendi membra non dedit. Hæc Deus is qui erat, delectando Deo futuro cogitans hunc mentem efficit, & vndique æquabile, & a medio ad summum partem & perfectum, atque absolutum ex absolutis atque perfectis. Animum autem vt in eius medio collocauit, ita per totum tetendit. Deinde cum circumdedit corpore & veluisti extrinsecus, cœloque soliuago & volubili & in orbem incitato complexus est, quod secum ipsum propter virtutem facile esse posset, nec desyderaret alterum, satis sibi ipse notus, & familiaris. Sic Deus ille æternus hunc perfectum beatum Deum procreauit. Sed animum haud ita vt modo locuti sumus, tum denique cum corpus ei efficiisset, inchoauit. Neque enim esset rectum, minori parere maiorem. Sed nos multa inconsiderate ac temere dicimus Deus autem, & ortu & virtute antiquiorem genuit animum, eumque vt dominum atque imperantem obedienti præfecit corpori, idque molitus tali quodam effi modo. Ex materia quæ indiuidua est, & quæ semper vnus modis suisque similis, & ex ea quæ corporibus diuidua gignitur, tertium materiam genus ex duobus in medium admiscuit, quod esse eiusdem naturæ & quod alterius, idque interiectum inter indiuiduum, atque id quod esset diuiduum in corpore. Et cum tria simpliciter, vnam in specie temperauit, naturamque illam quam alterius diximus, vt cum eadem coniunxit fugientem & eius copulationis alienam permiscuit in materia, cum ex tribus efficiisset vnum, id ipsum in ea quæ decuit membra partitus est. Iam partes singulas ex eodem, & ex altero, & ex materia temperauit. Fuit autem talis illa partitio. Vnam principio partem detraxit ex toto: secundam autem primæ partis duplam. Deinde tertiā quæ esset secunda æqualiter, primæ triplē: deinde quartam quæ secundæ dupla esset: quintam inde quæ tertiæ triplē: tum sextam octuplam primæ: postremam septimam, quæ septem & viginti partibus antecederet primæ. Deinde instituit dupla & tripla interualla explere, partes rursus ex toto descensans: quas interuallis ita locabat, vt in singulis essent bina media. (Vix enim audeo dicere medietares, quas Græci *μεσότητες* appellant, sed quasi ita dixerim intelligatur, erit enim plani.) Earum alteram eadem parte præstantem extremis, eademque superatam, alteram pari numero præstantem extremis, pari que numero superatæ. Sesquialteris autem interuallis & sesquiterciis, & sesquialteris sumptis ex his colligationibus, in primis interuallis sesquialtero interuallum sesquitercia omnia explebat: cum particulam singulorum relinquere. Eius autē particule interuallum relicto, habebat numerus ad numerum eandem proportionem comparationemque in extremis, quam habent c c l v i cum c c x l i i. Itaque ita permixtum illud ex quo hæc fecit, etiam omne consumpsit. Hanc igitur omnem conuersionem, duplicem in longitudinem distidit, medietate accommodans mediam, quasi decussauit, deinde in orbem torxit, vt & ipse secum, & inter se ex cōmissura quæ de regione esset, iungentur, eoque motu, cuius orbis semper in eodem erat, eodemque modo ciebatur: vndique est eas circumplexus. Atque ita cum alterum esset exteriorum

ampl. x

amplius orbem, illum eiusdem naturæ, hunc alterius nominauit: eamque quæ erat eiusdem, detorsit à latere in dextram partem: hanc autem ceteram à media linea direxit ad læuam. Sed principium dedit superiori, quam solam indiuiduam reliquit. Interiorum autem cum in sex partes diuisisset, septem orbis dispartes duplo & triplo interuallum moueri iussit, contrariis inter se cursum: eorum autem trium fecit pares celeritates, sed quatuor & inter se dispartes, & dissimiles trium reliquorum. Animum igitur cum ille procreator mundi Deus ex sua mente & diuinitate genuisset, tum denique omne quod erat concretum atque corporeum, substernebat animo, interiusque faciebat, atque ita medio medium accommodans copulabat. Sic animus à medio profectus, extremitatem cœli à supræ regione rotundo ambitu circumiecit, seseque ipse versans, diuinæ sempiternæ, sapientisque vitæ induxit exordium. Et corpus quidem cœli spectabile effectum est, animus autem oculorum effugit obrutum. Est autem vnus ex omnibus rationis contentionisque (*ἀγωνία* Græcè) sempiternarum rerum, & sub intelligentiam cadentium compos & participes, quo nihil ab optimo & præstantissimo genitore melius procreatum: quippe qui ex eadem vincit, alteraque natura, adiuncta materia temperatione trium partium & proportionē compacta, se ipse conseruans, cum materia mutabilem arripisset, & cum rursus indiuiduam atque simplicem, per quam omnis mouetur, discernit quid sit eiusdem generis, & quid alterius, & cetera diiudicat, quid cuique rei sit maximè aptum, quid quodque loco aut modo aut tempore contingat, quæque distinctio sit inter ea quæ gignuntur, & ea quæ sunt semper eadem. Ratio autem vera quæ versatur in his que sunt semper eadem, & in his que mutantur cum in eodem & in altero mouetur ipsa per sese, sine voce & sine vilo sono, cum eandem partem attingit, quæ sensus cieri potest: orbis illius generis alterius immutatus & rectus, omnia animo mentique denuntiat: tum opiniones assensionisque firmæ veræque gignuntur. Cum autem in illis rebus vertitur, quæ manentes semper eadem non sensu, sed intelligentia continentur *Desunt multa*. ita vim suam naturam conuertit, vt terram Lunæ cursus proximè ambiret, eique supra terram proxima Solis circumuolutio esset. Lucifer deinde sancta Mercurij stella, cursum habent Solis celeritati parem, sed vim quandam contrariam, eaque conuersione, quam inter se habent Lucifer, Mercurius, Sol, alij alios vincunt, vicissimque vincuntur. Reliquorum syderum quæ causa collocandi fuerit, quæque eorum sic collocatio, in sermone alium differendum est, ne in eo quod attingendum fuit, quam in eo cuius causa id attingimus, longior ponatur oratio. Quando igitur vnumquodque eorum syderum cursum decorum est adeptum, e quibus erat motus temporis consurgendus, colligatisque corporibus vinculis animalibus, tum animantia orta sunt, eaque imperio parere didicerunt, tunc ex alterius naturæ motione transierat in eiusdem naturæ motum incurrentia, in eoque hærentia atque impedita, cum alia maiorem lustrarent orbem, alia minorem, tardiusque maiorem, celeriusque minorem, motu verò vnus eiusdemque naturæ: quæ velocissimè mouebantur, ea celeritate vinci à tardioribus, & cum superabant superari videbantur. Omnes enim or-

beis eorum quasi Helicis inflexione vertebat, quam bifariam contrariè simul procedentia efficiēbat, vt quod esset tardissimum, id proximam fieret celeritatem. Atque vt esset mensura quædam euidentis quæ in istis octo cursum celeritates tarditatis delectaret, Deus ipse solem quædam accendit ad secundum supra terram ambitum, vt quàm maximè cœli omnibus colluceret, animantemque quibus vis esse doceri, ab eiusdem motu, & ab eo quod simile esset numerorum naturam vimque cognoscerent. Nox igitur & dies ad hunc modum & ob has generata causas, vnum circuitum orbis efficit sapientissimum atque optimum. Mensis autem quando luna lustrato suo cursu solem consecuta est. Annus, vbi sol suum totum confecit & peragrauit orbem. Cæterorum autem syderum ambitus ignorantes homines præter admodum paucos, neque nomen appellant, neque inter se numero cōmetiuntur. Itaque nesciunt hos syderum errores id ipsum esse quod ritè dicitur tempus multitudine infinita, varietate admirabili præditos. Atramentum illud prospici & intelligi potest, ab soluto perfectoque numero temporis, absolutum perfectumque annum tunc cœplere denique, cum se octo ambitus confectis suis cursum ad idem caput retulerant, cumque eos permenus esset idem, & semper sui similis orbis. Has igitur ob causas nata astra sunt, quæ per cœlum penetrantia solstitialis & brumali reuocatione conuertentur, vt hoc omnes animal quod videmus, esset illi animal quod sentimus ad æternitatis imitationem simillimum. Et cetera quidem vsque ad temporis ortum impressa ab illis que imitabatur affixerat, sed quia mundum omnes animal in mundo nitens ineluserat, & ea parte deficiente ab proposito exemplar imaginis similitudo, Quorū igitur, & quales animalium formas mens in speciem rerum intus poterat cernere, totidem, & tales in hoc mundo secum cogitavit effingere. Erant autem animantium genera quatuor, quorum vnum diuinum atque cœlestē, alterum pennigerum, & æreum, tertium quæ terrestrē, quartum, diuinæ animationis maximè speciem faciebat ex igne, ita vt splēdidissimum esset, & aspectu pulcherrimum. Cūque similem vniuersitatis naturā efficere vellet, ad volubilitatem rotundauit, comititque eum sapientia quam optime metis efficit, circumque cœlum æqualiter distribuit, vt hunc varietate distinctum, bene Græci *οὐρανός*, nos lucentem mundum nominaremus. Dedit autē diuinis duo genera motus: vnum quod semper esset in eodem atque, & idem in omnibus, atque vno modo celeraret: alterum, quod in antiqua partem à cōuersione eiusdem, & similis pelleretur. Quinque autē reliquis motibus orbem eum esse voluit expertem, immobilem, & stantem, ex quo genere ea sunt sydera, quæ infixæ cœlo non mouentur loco, quæ sunt animantia, eaque diuina, ob eamque causam suis sedibus in hæret, & perpetuò manent. Quæ autem vaga & mutabili ratione labuntur, ita generata sunt, vt supra diximus. Iam verò terram altricem nostram, vt supra diximus, lam verò terram altricem nostram, quæ traiecto axis sustinetur, dici non est esse cœlestē, eandemque cultodem, antiquissimum Deorum voluit esse eorum, qui intra cœlum gignerentur. Flexiones autem Deorum, & inter ipsos Deos conuersiones, quæque in orbibus eorum conuersiones antecessioneque eueniunt: cumque inter se penè contingant eos qui prope copulenter contraria regione, aut eone quos, aut antelabantur, quibusque temporibus à nostro aspectu

K k 3 oblit

obliteſcant, ruiſſiſque emerſi errorem incutiant rati-
onis experibus, ſi verbis explicare conemur, nul-
lo poſito ſub oculos ſimulacro earum rerum, fru-
ſtra ſuſcipiatur labor. Sed hæc fatiſ ſunt dicta nobis:
quæque de Deorum qui cernuntur, quique orti ſunt,
natura præſati ſumus, habeant hunc terminum. re-
liquorum autem quos Græci *ἀσπίδα* appellant, no-
ſtri opinor Lareis, ſi modo hoc rectè conuerſum vi-
deri poteſt, & noſſe, & nunciare ortum eorum ma-
nus eſt, quam vt proſiteri ſcribere nos audeamus.
Credendum nimirum eſt veteribus, & præſiſ, vt
aiunt, uiris, qui ſe progeniem Deorum eſſe dice-
bant, itaque eorum vocabula nobis prodiderunt:
noſſe autem generatores ſuos optimè poterant. Ac
difficiliè factu eſt, à Diis ortiſ fidem non habere,
quanquam nec argumentis, nec rationibus certis
eorum oratio confirmatur. Sed quia de ſuis notis
rebus videntur loqui, veteri legi morique penda-
dam eſt. Sic igitur, vt ab iſ eſt traditum, horum
Deorum ortus habeatur, atque dicatur, vt Occa-
num Salaciàmque cæli ſatu terræque conceptu ge-
neratos editoſque memoremus. Ex iſ Phorcyn Sa-
turnum & Opem, deinceps Iouem atque Lunonem,
reliquoſ, quos ſiater inter ſe agnaoſque uſurpare
atque appellare ſolemus, & eorum, vt utamur vete-
ri verbo, proſapiam. Quando igitur omnes & qui
mouentur, palàmque oſtenduntur, & qui eatenus
nobis declarantur quoad ipſi volunt, creati ſunt,
tum ad eos iſ Deus qui omnia genuit, ſatur. Hæc,
vos qui Deorum ſatu orti eſtiſ, attendite: Quorum
operum ego parens effectoſ que ſum, que per me
facta, non ſunt diſoluta me inuito, quanquam omne
colligatum ſolui poteſt. Sed haudquaquam boni
eſt ratione vincitum velle diſſoluere. Sed quoniam
eſtiſ orti, immortales vos quidem eſſe & indiſſolubi-
les non poteſtiſ. Ne utiquam tamè diſſoluemini, ne-
que vos vlla mortis fata periment: nec fraus valen-
tior quam conſilium meum, quod maius eſt vincu-
lum ad perpetuitatem veſtram, quam illa quibus e-
ſtiſ tum cum gignebamini, colligati. Quid ſentiam
igitur, cognoſcite. Tria genera nobiſ reliqua ſunt,
cæque mortalia, quibus præter miſiſ cæli abſolutio
perfecta non erit. Omnia enim genera animalium
complexu non tenebit. Teneat autem oportebit, vt
eodem nequid abſit quæ à me ipſo effecta ſint, quod
Deorum vitam poſſit adæquare: vt igitur mortali
conditione generentur, vos ſuſcipite, vt illa gigna-
tiſ, imitemini que vim meam qua & in veſtro ortu
me uſum eſſe meminiliſ. In quibus qui tales crean-
tur, vt Deorum immortalium quaſi gentiles eſſe de-
beant, diuini generiſ appellentur, teneantque omniū
animantium principatum, vobiſque iure & lege vo-
lentes pareat. Quorum vobiſ initium ſtatūſque tra-
ditur à me. Vos autem ad id quod erit, immortale
partem atterritore mortalem. Ita orientur animæ
quos & viuos alatiſ, & conſumptoſ ſinu recipiatiſ.
Hæc ille dixit, deinde ad temperationem ſuperiorè
reuertitur. In qua omnem animum vniuerſæ natu-
ræ temperans permixcebat, ſuperioriſque permix-
tioni reliquias fundens æquabat, eodem modo fer-
me, niſi quod non ita incorrupta, vt ea quæ ſemper
idem, ſed à Diis ſecundum ſumebat, atque tertium.
Toto igitur omnino conſtituto, ſyderibus parem
numerum diſtribuit animorum & ſinguloſ adiun-
xit ad ſingula, atque ita quaſi in curru vniuerſita-
tiſ impoſuit, commonſtrauitque leges fatales ac
neceſſariāſ: & oſtendit primum ortum vnum fore

omnibus, eumque moderatum atque conſtantem,
nec ab vilo imminutum. Satis autem & quaſi ſpa-
ſiſ animiſ fore, vt certis temporum interualis ori-
retur animal quod eſſet ad cultum Deorum aptiſ-
ſimum. Sed cum duplex eſſet natura generiſ huma-
ni, ſic reſ habeant, vt præſtantius genus eſſet eo-
rum, qui eſſent futuri viri. Cum autem animoſ com-
poribus cum neceſſitate inſiſſet, eumque ad co-
pora neceſſitate tum acceſſio fieret, tum abſceſſio,
neceſſe erat ſenſum exiſſe vnum, communemque;
omnium vehementiore motu excitatur commu-
nè tumque naturæ, deinde voluptate & moleſtia mi-
xtum amorem, poſt iram & metum, & reliquoſ mo-
tus animi, comites ſuperiorum, & hiſ etiam cõtra-
rios diſſidentes, quos qui ratione rexerit, iuſtè vixe-
rit: qui autem hiſ ſe dederit, iniuſtè. Atque ille qui
rectè & honeſtè curriculum viuendi à natura da-
tum conſecerit, ad illud aſtrum quo cum apertus fue-
rit, reuertetur: qui autem immoderatè & intem-
peratè vixerit, cum ſecundam ortus in figuram ma-
liebrem transferet. Et ſi ne tum quidem finem vi-
tiorum faciet, grauius etiam iactabitur, & in viſ
moribus ſimiliſ ſiguras pectudum & ſerarum
transferetur: neque malorum terminum priuſ aſpi-
ciet, quam illam ſequi cõcepit cõuerſionem quam
habeat in ſe ipſo eiufdem & vniuſ ſimul innatam
& inſitam. quod tum eueniet, cum illa quæ ex igne,
aere, aqua atque terra turbulenta & rationiſ expe-
tia inſederit, denique ratione depulerit, & ad pri-
mam atque optimam aſſectionem animi peruene-
rit. Quæ cum ita deſignaliſſet, ſeſeque ſi quid poſtea
fraudiſ, aut vitij eueniſſet extra omnem culpam,
cauſamque poſuiſſet, alioſ in terram, alioſ in lunam,
alioſ in reliquias mundi partēſ, quæ ſunt ad ſpatio-
rum temporis ſignificatione noxæ conſtitutaſ, ſpa-
gens quaſi ferebat. Poſt autem ſationem eam, Diſ,
vt ita dicam, iunioribus permiſit, vt corpora mor-
talia eſſingerent, quantumque eſſet reliquum ex
humano animo quod deberet accedere, id omne &
quæ ſequentia eſſent, perpolirent & abſoluerent:
deinde vt huic animanti principem ſe ducemque
præberet, vitamque eiſ pulcherrimè regeret &
gubernaret, niſi quatenus ipſe ſua culpa ſibi aliquid
miſeriæ quaereret. Atque iſ quidem qui cuncta com-
poſuit, conſtanter in ſuo manebat ſtatu: qui au-
tem erant ab eo creati, cum parentiſ ordinem co-
gnoſſent, hunc ſequebantur. Itaque cum accepiſ-
ſent immortale principiuſ mortaliſ animantiſ, imi-
tantes genitorè & effectorem ſui, particulaſ igniſ
& terræ, & aquæ & aeris à mundo, quas ruſ ſus red-
derent, mutuabantur, eaiſque inter ſe copulabant,
haud iſdem vinculoſ quibus ipſi erant colligati, ſed
talibuſ quæ cerni non poſſent propter paruitatem,
crebris quaſi cuneoliſ iniectiſ, vnum efficiabant ex
omnibuſ corpūſ: itemque in eo influente atque ef-
fluente animi diuini ambituſ illigabant. Itaque illi in
flumen immerſi, neque tenebant, neque teneban-
tur, ſed vi magna tum ferebat, tum ferebantur. Ita
totū animal mouebatur illud quidem, ſed immoder-
ratè & fortuito, vt ſex motibuſ veheretur: nam &
antè & ponè, ad læuam & ad dextram, & ſurſum &
deorſum, modo huc, modo illuc. *De ſunt multa.*
Sed ſi in ſplẽdore conſedit, tū vel eadem ſpecies, vel
interdū immutata redditur, quum igniſ oculorum
cum eo igne qui eſt ob oſ oſuſ, ſe confundit & con-
tulit. Dextra autem videntur, quæ læua ſunt, quia
contrariis partibuſ oculorū, cõtrariāſ partēſ attingunt.

gunt. Respondent autem dextra dextris, læua læ-
uis conuerſione luminum, quum ea inter ſe non co-
heret. Id ſit quum ſpeculorum læuitas, hinc il-
lineque altitudinem aſſumpſit. & ita dextra detruſit
in læuam partem oculorum, læuæque in dextram.
Supina etiam ora cernuntur depulſione luminum,
quæ conuertens inferiora reddit quæ ſunt ſuperio-
ra, atque hæc omnia ex eo genere ſunt, quæ re-
rum adiuant cauſas, quibus vtriusque miniſtriſ deus
quum optimi ſpeciem quoad fieri poteſt efficit.
Sed aſſumant plerique non hæc adiuantia cau-
ſarum, ſed haſ ipſas eſſe omnium cauſas, quæ vim
habeant frigoriſ & caloriſ, concretioniſ & liquoriſ:
careant autem omni intelligentia atque ratione, quæ
niſi in animo nulla alia in natura reperiantur. Ani-
mus autem ſenſum omnem effugit oculorum. At
igniſ, & aqua, & terra, & aer corpora ſunt, eaiſque cer-
nuntur. Illum autem qui intelligentiæ ſapientiæque
ſe amatorem proſicitur, neceſſe eſt intelligentiſ ſa-
pientiſque naturæ primas cauſas conquirere, deinde
de ſecundis cauſis reum earum, quæ neceſſariè
mouent aliaſ, cum ipſe ab aliſ mouentur. Quo-

circā nobiſ ſic cetero eſſe faciendum, vt de vtroque
noſ quidem dicamus genere cauſarum, ſeparatim
autem de hiſ quæ cum intelligentia ſunt efficientes
pulcherrimarum rerum atque optimarum, & de hiſ
quæ vacantes prudentia, inconfantia, perturbatæ
efficiunt. Ac de oculorum quidem cauſiſ, vt
haberent eam vim, quam nunc habent, ſatis ſer-
mè eſſe dictum puto. Maxima autem eorum vti-
litas donata humano generi deorum munere de-
inceps explicetur. Rerum enim optimarum cog-
nitioneſ nobiſ oculi attulerunt. Nam hæc que eſt ha-
bita de Vniuerſitate oratio à nobiſ, haud vnquam
eſſet inuenta, ſi neque ſidera, neque ſol, neque cœ-
lum ſub oculorum aſpectum cadere poſuiſſent.
Nunc verò dieſ nocteſque oculiſ cognitæ, tum men-
ſium annorūque conuerſioneſ ad numerum machi-
nata ſunt, & ſpatium temporis dimenſa, & ad qua-
ſtioneſ totiuſ naturæ impulerunt. quibuſ ex rebus
philoſophiam adepti ſumus: quo bono nullum op-
tabiliuſ, nullum præſtantiuſ, neque datum eſt mor-
taliuſ generi deorum conceſſu, atque munere, ne-
que dabitur. *De ſunt multa.*

FINIS.

